DE ANAPAESTO

IN

TRIMETRIS AESCHYLI

SCRIPSIT

D^R. HAMACHER,

PROFESSOR.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Τάδ' ἐστ' ἀληθῆ, Κύρνε, καὶ ποιήθ' ἅμα.

Hermann haec habet: 'In qua re (sc. in regulis condendis) non mirum est, modum solere excedi. Nam successu alacriores facti nihil esse putamus, quod non possit ad regulam conformari, usque dum exceptionum vel multitudine vel firmitate moniti, fontibus regularum investigandis eo pervenimus, ut quousque vis earum et usus pertineat, intelligamus'. Multa vere dixit vir illustrissimus, nihil verius de omnibus omnium aetatum grammaticis suspicatus ille, quod quidem ex verbis colligi posse videatur, ne se ipsum quidem suo iudicio non esse obnoxium. Quod quum pluribus exemplis possim evincere, unum hoc loco illustrabo.

Porson hanc regulam sive legem tulit: 'Tantum enim abest, ut anapaestus pro secundo aut quarto pede ponatur, ut ne pro tertio quidem aut quinto substitui possit'. Scilicet primum et sextum pedem non memorat, quod quum in illo liceat in sextum ne suspicio quidem tam foeda cadere possit. Quam legem postquam ille promulgavit Hermann qua erat sui fiducia rem his verbis praeconatus est: 'anapaestum quidem a medio trimetro plane exclusum esse hodie nemini qui vel aliquam habeat tragicorum notitiam controversum est'. Videlicet addere potuit: 'exceptionum vel multitudine vel firmitate non moniti fontibus regularum negligendis eo pervenimus, ut quousque vis earum et usus pertineret non intelligeremus'. 'Alacriores enim facti' viri doctissimi exceptiones satis multas illas et firmas emendandi cupidine proturbaverunt. Atque hic status rerum hodie obtinet, quem paullo accuratius libet excutere.

Bellermann, 'vir inprimis prudens et doctus', quem honoris causa nomino, ante hos decem annos in libro, quo Oedipum regem exornavit prudentissime ac doctissime, cupidinem istam merito, sed qua est verecundia leniter his verbis castigavit: 'Ihn (den Anapäst) aber an Stellen, wie die oben angeführten, zu beseitigen, ist, wenigstens bei einigen derselben, nicht ohne grosse Willkühr und Unwahrscheinlichkeit möglich'. Quod quid rei esset quum ipse multo ante perspexissem, in Sophocle meo misere semimortuo satis dilucide significavi ad Ant. v 513 et Trach. v 289, quum quas ad alterum locum dicerem metricas rationes ad horrorem istum anapaesticum referendas esse ex primo loco appareret. Bellermann igitur hosce versus attulit, quos iniuria propter solum anapaestum vexatos esse iudicat,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aesch. Prom. v 265 πράσσοντας ἐγὼ δὲ ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην.
v 354 Τυφῶνα θοῦρον, πᾶσιν, ὅς ἀντέστη θεοῖς.
Soph. Phil. v 491 Τραχινίαν τε δείραδα καὶ τὸν εὔροον
Ant. v 263 κοὐδεὶς ἐναργής, ἀλλ' ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι.
Eur. El. v 23 Ἀγαμέμνονος ποινάτορας εἶχεν ἐν δόμοις.
Troad. v 352 σεσωφρονίκασιν, ἀλλ' ἔτ' ἐν ταὐτῷ μένεις.

Plura potuit afferre, sed modestius egit pro virorum doctorum eximia auctoritate et augusta regulae maiestate. Nam apud Canterum Aeschyli, quem nunc quidem unum respicio, praeter duos quos supra scripsi hosce legimus anapaestos,

Prom. v 215 χρείᾳ, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερέξοντας κρατεῖν.
v 248 καὶ μὴν φίλοις ἐλεεινὸς εἰςορᾷν ἐγώ,
v 473 πέπονθας ἀεικὲς πῆμ' ἀποσφαλεὶς φρενῶν,
v 681 ἀπροςδόκητος δ'αὐτὸν αἰφνίδιος μόρος
v 949 τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεούς, τὸν ἐφημέροις
Agam. v 148 ἅλις παρὰ Σκάμανδρον ἦλθες ἀνάρσιος.
v 1226 ἔτ' ἐς φθόρον πεσόντ' ἀγαθὼ δ'ἀμείψομαι.
Eum. v 438 πρὸς χειρὶ τῇ μῇ τὸ σὸν ἐφεζομένη βρέτας.

Quos versus rite traditos nemo mortalium vexare tentasset, nisi falsa de anapaesto praeoccupatus opinione. Sed hoc infra videbimus, nunc ipsum quaestionis caput, prope dixerim rerum cardinem aggrediamur demonstrando, veteres iam scribas et grammaticos opinionis errore atque cupidine ductos plurimos anapaestos, qui quidem non acerrime eorum conatibus resisterent, quoquo modo corrumpendo sepelivisse. Etenim postquam nonnullos versus aperte corruptos in ipsis veterum libris deprehendi, quos una syllaba addita, ita ut anapaestus ex iambo sive spondeo evaderet, integros et ab omni parte absolutos extemplo fieri persuasum haberem, 'alacrior' merito 'factus' omnia vestigia indagando perscrutatus sum, donec intellexi, sexcentis in locis tragicorum veteres illos, quos nihil non potuisse constat, ex industria ac sedulo miserum pedem exturbasse. Nimirum si viris doctissimis, iure clarissimis, in luce recentiorum temporum versantibus error iste paucis in locis fraudi fuit, consentaneum est, quum quo quis ingenio magis est mediocri eo acrius nimio illo regularum furore vexetur, bonos istos homines saepius peccasse. Verum bona fortuna factum est, quod quum astutiae quadam specie nonnunquam opus absolverent loci tamen extant, in quibus tractandis tanto stupore usi sunt, ut omnis machinatio lectori semel attento clarissima in luce ponatur. Sed antequam rem aggrediar lectorem humanissimum monitum velim, ne ratione mea, qua interdum pro genuina lectione coniecturam meam praeponere placet, offendatur. Scilicet qui emendationem probare conatur, quum primum lectionem qualis traditur ponere soleat eamque ut corruptam evincere, tum demum argumentis additis coniecturam suam commendare: praeter hanc viam alia extat passim aeque fructuosa, quam mathematicorum usum et morem secutus apagogicam possis appellare, ut emendatione statim proposita atque quibus opus esse videtur argumentis commendata

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quomodo quibusve de causis locus corruptelam traxerit, perspicue demonstretur. Sunt autem loci, quibus prima, sunt, quibus altera ratio videatur aptius adhiberi. Utraque igitur si pro natura rei promiscue uti placuerit, persuasum habeas id summa cum verecundia fieri, quum id solum agam, ut meas qualescunque opiniones virorum doctorum iudicio subiiciam atque commendem. Ergo ita nascetur exordium.

Aesch. Prom. v 1011 quum dixisset,

λέγων ἔοικα πολλὰ πάλαι μάτην ἐρεῖν,

scriba anapaestum perosus *πάλαι* altera syllaba surrepta in *καί* mutavit. Inde hodie legimus apud Hermannum absque sensu,

λέγων ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν,

quamquam audimus, iam in veteribus fuisse, quos illud *καὶ* offenderet.

Idem scriba sive nescio quis alius quum haberet haec Aeschyli verba v 1034,

ὡς ὅδ' οὐ πεπλασμένος,
ὁ κόμπος, ἀλλὰ καλῶς λίαν εἰρημένος,

perinde *καλῶς* propter anapaestum foede corrupit una syllaba surrepta scribens *καὶ λίαν*, quod quum omni sensu careat hodie tamen apud Hermannum legimus. Sciendum autem est, Graecos dixisse *λόγος καλῶς εἰρημένος*, quod ipse scholiastes ad Prom. v 957 in usum suum convertit quum diceret: *ἐστὶ καὶ καλῶς εἰρημένος καὶ φρονήσεως γέμων.*

Agam. v 835 vulgo legitur,

φάτις, τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν

quod manifesto corruptum est ex his verbis genuinis una syllaba surrepta et una littera addita

φάτις, τέτρωται δικτύου πλέον ὡς λέγειν,

Suppl. v 872 poeta scripsisse videtur,

ἐπεὶ οὐκ ἀκούετε ξυνετῶν ἐμῶν λόγων.

Sed lectionem praeclaram pedis submovendi gratia corruperunt ita,

ἐπεὶ οὐκ ἀκούετ' ὀξὺ τῶν ἐμῶν λόγων,

quod nihil est. Ceterum libri habent sane,

ἐπεὶ οὐ κακοῦ ἔξυ τῶν,

cuius *ἐ* in *ἔξυ* propius ad veritatem quum accederet proclivior tamen erat commutatio in *ὀξὺ*, quia *ὀξὺ ἀκούειν* aqud Homerum et alios legitur: sed huic loco non convenit.

Supp. v. 886 rex e praecone quaerit,

ποίοισι συνειπὼν προξένοις ἐγχωρίοις;

cui respondet praeco,

Ἑρμῇ μεγίστῳ προξένῳ μαστηρίῳ.

Tum rex,

θεοῖσι συνειπὼν τοὺς θεοὺς οὐδὲν σέβει.

Sic enim arbitror poetam scripsisse. Nam *συνειπεῖν* significat, ante rem gerendam aliquid cum aliquo constituere, pacisci. Itaque hanc dictionem aut ignorantes aut negligentes scripserunt pedis causa *ποίοισιν εἰπών, θεοῖσιν εἰπών*, quod absurdum est. Potuisset sane coniicere aliquis *ποίοις*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

συνειπών, θεοῖς συνειπών vitato anapaesto, ratus illud *σύν* in *σιν* fuisse mutatum. Verum quum et Aeschylus amet formas dativi — *σιν* et libri omnes *σιν* tueantur, eo iam nos, si diis placet, pervenisse facile crediderim, ut anapaestum amplexi praeferamus.

Prom. v 113 sic emendavi,

ὑπαίθριος δεσμοῖσι πεπασσαλευμένος.

Possem *δεσμοῖς* scribere, sed anapaestus allicit libris annuentibus. Jam finge modo hanc lectionem fuisse genuinam. Quid scriba? Odiosum illud *πε* delevit. Luculentum autem est exemplum, quia M., quem veneramur omnes, praeter alios codices habet *πασσαλευμένος*, quod alii alio modo corrigendi studio mutaverunt. Itaque apud Hermannum legimus,

ὑπαίθριος δεσμοῖσι πασσαλευτὸς ὤν.

Sequitur locus vehementer adhuc, sed frustra vexatus. Sept. v 773 legitur apud Hermannum,

θαρσεῖτε παῖδες μητέρων τεθρυμμέναι,

quam lectionem vir doctissimus hac annotatione adornat: '*παῖδε* Lips. libri *τεθραμμέναι*. Hoc cum *μητέρων* coniunctum esset ea ratione, qua *σᾶς ἀλόχου σφαγεὶς* et similia dicuntur. Sed valde hoc languet. Scholiastes haec adnotavit, *συγγενεῖς, ἢ δειλαί, ὑπὸ μητέρων ἁπαλῶς τεθραμμέναι*, quae videri possunt alius scripturae vestigia continere. Scribendum putavi *τεθρυμμέναι*'. Sane languet *τεθραμμέναι* adverbio non adiuncto. Quid, si illud evanuit? cf. Eur. El. v 65 *εὖ τεθραμμένη*. Sed *μητέρων εὖ* nihil est: quid, si poeta scripsit *μητρόθεν εὖ τεθραμμέναι*? Nam genetivus ille certe non caret offensione, quam Hermanni verba non tollunt. Puto scribam postquam *εὖ* suo more sepelivit religione quadam propter vitiatam elocutionem tactum et perturbatum id egisse, ut omne medendi conamen irritum redderet scribendo *μητέρων* pro *μητρόθεν*. Lusisse videor, sed quid illi non potuerunt? Jam intuere verba Scholiastae. Potuit sane *μητέρων* explicare per *ὑπὸ μητέρων*, potuit adverbium quod videbat omissum per *ἁπαλῶς* significando poetam excusare, sed illud emergit, si legit *μητρόθεν εὖ τεθραμμέναι*, verba eius optime congruere. Verum haec incerta sunt, id solum extra omnem dubitationem positum, poetam neque *μητέρων τεθραμμέναι* neque *μητέρων τεθρυμμέναι* scripsisse. Quid viri docti praeter Hermannum quo hanc crucem evellerent conati sint, afferre quum supersedeam, Hartungii tamen lepidam notulam animi causa subiicio: 'Das Ueberlieferte ist eine Anrede, welche eher für Kälber und Ferkel, als für Mädchen passt'. Ipsius *παῖδες μητέρων τεθραγμέναι* i. e. filiae matrum perturbatae quid sit non video, quod Hermann esset interpretatus: filiae a matribus perturbatae.

Supp. v 290 legendum esse videtur,

Ἄργον, τὸν Ἑρμῆς, παῖς Μαιάδος, κατέκτανεν,

secundum Homerum, qui Od. XIV v 435 habet *Ἑρμῆ, Μαιάδος υἱεῖ*. Persuasum autem habeo, Homericam hanc similitudinem et imitationem gravissimi esse momenti ad tragicos emendandos. Etenim quum per se sit consentaneum, illos quovis in genere et rerum et vocabulorum et formarum ad summi illius magistri et 'praeconis' similitudinem aspirasse, accedit, quod ipsi veteres quum Sophoclem *ὁμηρικώτατον* appellarent ea mente fuerunt, ut Aeschylum saltem *ὁμηρικόν* esse vellent. Itaque quum commentationem habeam inchoatam, qua Homerica tragicorum omnia sedulo colligam, grandi copia obstupefactus maius etiam, quam putaveram, hoc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

momentum esse deprehendo. Sed finge modo poetam sic scripsisse. Quid proclivius erat grammatico sive formam Homericam ignoranti sive miserum pedem peroso sive primam longam vocis *Μαιάδος* postulanti, quam ut *Μαίας* inveheret. Quo facto facile illud *παῖς Μαίας* in corruptelam illam *παῖδα* sive *παῖδα γῆς*, quam libri tradiderunt, abire potuit sive fortuito sive consilio scribae, qui suam de Merrurii genere doctrinam vellet expromere. Ceterum cum nemine contendam, qui *παῖδα Μαίας* praetulerit, fateor modo, similitudinem Homericam et pedis misericordiam apud me valere. Sunt haec eiusmodi, de quibus Lessingii dictum praecipue tenendum esse videatur, nos locum quendam corruptum esse pro certo dicere posse, quid scriptor habuerit, non posse. Illud certissime iudicari potest, quod Hermann ex vulgata retinuit

Ἄργον, τὸν Ἑρμῆς παῖδα γῆς κατέκτανεν,

respuendum esse propter monstruosam verborum collocationem. Sed locum eo potissimum consilio recepi, ut viam mihi ad alias Homeri similitudines munirem. Eadem fere ratio est huius loci eiusdem fabulae v 475, quem Hermann servata Porsoni coniectura *εὑρηθέντα* sic exhibet,

αἰδοῖον εὑρεθέντα πρόξενον λαβεῖν,

ego vero,

αἰδοῖον εὐφρονέοντα πρόξενον λαβεῖν.

Scilicet M. servavit *εὖ ῥέοντα προξένον*. Itaque Homeri similitudinem secutus conieci *εὐφρονέοντα*, quamquam cuilibet optionem largior inter *εὐφρονέοντα* et *εὐφρονοῦντα*. Sed vide hanc emendationem, quam Homeri auctoritate tutus audacior praestiterim,

Prom. v 351 *ἕστηκε κίονας οὐρανοῦ τε καὶ χθονός*
ὤμοις ἐρείδων,

Jampridem anapaesto exturbato non solum Eustathius, sed ipse Plutarchus legit *κίον'* quod quum aperte nihil esset, alii *κιών* scripserunt, ipsum Prometheum columnam fingentes. Quod aspernatus Hermann ad *κίον'* rediit, incredulus ille, nisi fallor, de nimia corruptelae vetustate. Verum evinci potest, Ciceronem corruptelis tragicorum fuisse deceptum.

Accedat his emendatio, quam in deliciis habeo [1]), quamvis debilis sit Homeri similitudo:

---

[1]) Sed vide quam fragiles sint res humanae. Etenim ante hos novem annos quum aliquot emendationes Horatianas hac eadem occasione scribendi oblata proponerem, pg. 12 ad carm. I, 1, v 6 coniecturae meae dominos quae evehit eadem illa verba 'quam prae ceteris fere in deliciis habeo' adjungere ausus sum. Hodie vero locus in meo exemplo sic legitur:

Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum
conlegisse iuvat metaque fervidis
evitata rotis palmaque nobilis.
terrarum dominos evehit ad deos

hunc, si mobilium etc.

Vides emendationem meam mutata sola interpunctione niti. Sed cavendum esse sentio, ne dum aliam rem agam curriculo illo Horatiano abripiar. Itaque nunc quidem aegre supersedeo et accuratius hanc coniecturam probare et quid duobus primis versibus faciendum sit declarare et totius carminis venustissimi reliquam emendationem proponere. Quid igitur? abstinebo in posterum utique ab appellandis deliciis, non a fruendis. Nam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inest tamen propter canis ὑλακομώρου importunam petulantiam. Sic igitur in meo exemplo Prometheus Mercurium alloquitur,

v 1005 ὀχλεῖς μάτην με κύων ὅπως παρηγορῶν

i. e. molestas, venia sit verbo, frustra me sicut canis alloquendo. Quo melius ab omni parte nihil profecto potest cogitari. Jam vero horror anapaesticus pro cane Homerico fallaciam illam undae fabricata est, quae hoc loco quid sibi vellet nemo mortalium adhuc perspexit; sed argumentis afferendis in re dilucida supersedeo. Hermann igitur habet,

ὀχλεῖς μάτην με κῦμ' ὅπως παρηγορῶν.

Nunc ad initium commentationis si paullulum respicimus, illud fere probatum esse existimo, quod dixi passim scribas rem suam ita confecisse, ut apertam corruptelam, quae una syllaba addita, accedit autem interdum levissima commutatio, sanari posset, anapaesto restituto posteris bona fortuna relinquerent. Sic vidimus καί ex πάλαι, καί ex καλῶς exortum etc. Quod quum sit quasi principium et fundamentum totius quaestionis, uno etiam exemplo luculento, antequam pergamus, stabilire liceat. Legitur apud Hermannum,

Sept. v 259 ταυροκτονοῦντας θεοῖσιν ὧδ' ἐπεύχεται.

Illud ὧδ' quid esset hoc loco fateor me nunquam perspexisse. Quamquam interpretes omnia posse explicare constat. Itaque Hartung haec habet: ὧδε ita heisst unter dieser Bedingung, nämlich, wenn sie Sieg verleihen'. Sed fortasse mecum nunc faciet vir ingeniosus suspicato ὧδ' mutilando propter anapaestum ex συχνῶς exortum esse. Scripsit igitur poeta,

ταυροκτονοῦντας θεοῖσι συχνῶς ἐπεύχομαι.

De optione, quam supra significavi, hoc loco θεοῖς inter et θεοῖσι danda satius eam erit nihil addere.

Sed haec hactenus. Addideram, callidius illos saepe fraudem celavisse. Quod quamquam vario modo factum est, singularem tamen machinationem clarissima in luce collocare studebo.

---

* delector modo non omnibus haud pingui, precor et confido, Minerva. At enim memini virum doctum, cui praeter alia Regulus catenis nobilitatus ille perquam arrisit, me rogare, ut plures emendationes communicarem in Kelleri et Holderi splendidam editionem recipiendas. Itaque limitibus huius scriptionis praepeditus, quominus et plura proferrem et ea, quae uberiore commentario egerent, quippe quum legum istarum cohors misero quoque Horatio iampridem incubuisset, satius duxi, bona voluntate probata paucissimas hasce ex plurimis proponere:

carm. I, 32, v 2 roscido si quid vacui sub antro
lusimus te, nunc, quod etc.
III, 4, v 45 qui terram inertem, qui mare temperans
ventosum et umbras regnaque tristia etc.
III, 8, v 14 sospitis, cantum et etc.
III, 14, v 11 iacturam expertae etc.
III, 29, v 6 morae,
ne temperi udum etc.
III, 30, v 10 obstrepit Aufidus
tesqua Daunus aquae pauper, agrestium
regnator modulorum ex humili potens
princeps Aeolium carmen ad Italos
deduxisse, modo o etc.

Haec satis. Id unum moneo, obstrepere etiam cum accusativo usurpari. Cetera ipse suppedita.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Itaque contendo, plures novas vocabulorum formas eo consilio fuisse ab illis inventas, ut pedem invisum exturbarent. Habet igitur Homerus *ἀλαπάζειν*, *ἐφημέριος*, *ἀεικής*, *ἐλεεινός*, quae quidem formae in omnem posteritatem viguerunt. Sed extant poetarum loci nonnulli, in quibus aut libri praebent *λαπάζειν*, *ἐφήμερος*, *αἰκής*, *ἐλεινός*, aut viri docti propter analogiam quam vocant has formas restituisse videntur. Verumenimvero mira res est, quod illi loci fere sunt eiusmodi, ut una syllaba addita anapaestus ex inferis excitetur. Atque verbum *ἀλαπάζειν* quod attinet, hoc quidem unicum propter anapaestum hanc labem traxisse apertum est. Legitur ille in exemplo meo Sept. v. 512

ἢ μὴν ἀλαπάζειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ.

Jam vero omnes editiones habent ex libris, quod quidem suspicari debeo, sumtum *λαπάζειν*. Itaque veteres iam scribae corruperunt. Inde est, quod Eustathius ad Sept. v 47, quem locum sic legit,

θέντες λαπάζειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ

haec verba addit: *παρὰ γοῦν τῷ Αἰσχύλῳ εὕρηται τὸ ῥῆμα χωρὶς τοῦ α.* Scilicet viro optimo, nisi fallor, mira res esse videbatur: *εὕρηται*, credo, sed non corruptum credat Judaeus Apella. Legimus igitur sine omni haesitatione *θέντες ἀλαπάζειν*, atque corruptelam, si non propter anapaestum, at propter analogiam factam esse statuamus. Alia ratio est huiusce loci. Agam. v 125, vulgata lectio est *μοῖρ' ἀλαπάζει*, quam recentiores propter analogiam corrigere sibi visi sunt scribendo *μοῖρα λαπάζει*. Atque sic Hermann. Itaque poetae genuinam lectionem restituamus libros optimos secuti. Verumenimvero unus locus extat, qui vereor ne totam meam rationem evertat. Legitur enim apud Hermannum in eadem fabula v 435,

πρίν ἐμὸν ἐςθορεῖν δόμον, πωλικῶν θ'
ἑδωλίων μ' ὑπερκόπῳ
δορί ποτ' ἐκλαπάξαι.

Ita sane libri atque viri docti. Sed Bentleium dicere meminimus opportune, rationem centum codicibus esse superiorem. Itaque non despero, quamquam concedo, *ἀλαπάζειν* hic locum nequaquam habere. Sed quid faciunt illas virgines loquentes? 'Antequam hostis in domum meam irruit atque me *λαπάζει*'. Quid hoc rei est? *ἀλαπάζειν* significat exhaurire, evacuare, expugnare, spoliare. Apage vero cum hisce tuis puellis exhaustis sive spoliatis! Miror sane, Hartungium hanc elocutionem lepida notula sui moris non adornasse. Sed video, quam supra proposui, mire facere ad hunc locum illustrandum et exhilarandum, praesertim quum vox *πωλικῶν* certe bestiarum speciem quandam ac similitudinem attingat. Tu vero mecum audacter lege, quod quum verbum praebeat hoc in genere et apud Homerum et apud alios usitatissimum ab omni parte videtur absolutum nec ullam explicationem requirit,

πρὶν ἐμὸν ἐςθορεῖν δομόν, πωλικῶν θ'
ἑδωλίων ὑπερκόπῳ
δορί ποτ' ἐκ μ' ἀπάξαι.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ceterum non curo hoc in quaestionis genere, quas vocabulorum formas posteri invexerint et usurpaverint: velut nihil ad Aeschylum, si Hippocrates habet *κοιλίαν λαπάζειν*. Saepe talia ad diversam stirpem revocanda sunt, saepe potest etiam evinci ex ipsis corruptelis originem duxisse. Jam alia eiusdem generis persequamur. Meum igitur exemplum has lectiones recepit,

Prom. v 83 *συλῶν ἐφημερίοισι προςτίθει*
v 255 *καὶ νῦν φλογωπὸν πῦρ ἔχουσ' ἐφημέριοι;*
v 1028 *ἄκλητος ἕρπων δαιταλεὺς πανημέριος*
v 248 *καὶ μὴν φίλοις ἐλεεινὸς εἰςορᾷν ἐγώ.*

Quem postremum posui versum apud Canterum etiam legi supra monui, scilicet libris traditum. Ipse M. habet *ἐλεεινός*. Porson correxisse visus est scribendo *ἐλεινός*, quam formam quum Homerus non noverit a tragicis alienam esse confido. Hermann aliam viam ad anapaestum removendum secutus scripsit,

καὶ μὴν φίλοισιν οἰκτρὸς εἰςορᾶν ἐγώ,

quod vides sane quam a litteris traditis recedere. Porsoni rationem secuti hodie viri docti *ἐλεινός* ubique scribunt metro, si diis placet, flagitante, quamquam et Homeri codices et tragicorum et ceterorum scriptorum *ἐλεεινός* praebent. Nam quae grammatici satis pauca de forma *ἐλεινός* tradunt, consentaneum est eos e locis iam corruptis hausisse. Apparet autem furorem anapaesticum viris doctissimis fraudi fuisse, quum ii loci, qui obstare viderentur, facile per synizesin legendo possent expediri. Velut Soph. Phil. v 1130,

ἦ που ἐλεεινὸν ὁρᾷς ⏑́ ⏑⏑ ⏑́ ⏑⏑ ⏑́

Arist. ran. 1061,

πρῶτον μὲν τοὺς βασιλεύοντας ῥάκι' ἀμπισχών, ἵν' ἐλεεινοί.

Similis ratio est versus alterius, quoniam Homerus *ἀεικές* tuetur, quod libri habent, a Porsono corruptum. Tres versus antecedentes anapaestum habent in voce *—ημέριος*, quam formam Homerus solam habet in omnibus compositis uno loco excepto Od. XI v 302, ubi fateor quidem ex libris, ut videtur, receptum hodie legi *ἑτερήμεροι*, sed nunquam mihi persuaderi potui non legi debere *ἑτερημέριοι* per synizesin recitandum.

Sed de tragicis loquor, quorum scribas formam genuinam propter anapaestum mutilasse arbitror, quos viri docti secuti sunt. Quamquam v 83 etiam in libris inveniri *ἐφημερίοισι* audio. Nimirum anapaestus in duobus reliquis versibus quum in ultimo pede versaretur, id prorsus intolerabile cunctis videbatur regulae, quam sanctissimam habebant, vinculo praepeditis. Ceterum per se mirum videatur, Graecos unquam formam *—ήμερος* habuisse, propterea quod voce *ἥμερος* utebantur, quod in quibusdam compositis velut *πανήμερος* a vocabulo cum *—ήμερος* composito distingui non posset. Quam synizesin modo memoravi, cuius usum latius patuisse puto, quam vulgo statuitur, hoc inprimis de ea tenendum est, nemini Graecorum in mentem unquam venire potuisse adhibere eam nisi necessitate coacto. Itaque Ai. 1129,

μὴ νῦν ἀτίμα θεοὺς θεοῖς σεσωσμένος

pronuntiabant *θεοὺς* per unam syllabam, *θεοῖς* per duas, quia aliter non poterant atque sic

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

centies apud Homerum. Quid? nonne plures inde anapaestos apud Aeschylum subito nasci recta pronuntiatione efficitur? Supp. v 603 πόλεως sit unum exemplum pro plurimis. Qua tandem, sodes, necessitate coactus in talibus versibus recitandis synizesin adhibes? Respondes: ad anapaestum evitandum. Heus tu, dii melius! Equidem putabam, hunc opinionis errorem tibi penitus esse extorsum. Tantum abfuit Aeschylus certe ut abhorreret ab illo, ut etiam adamaret.

Sic meministi te vocem ἕως saepius apud Homerum legere per synizesin, idque coactum sicut plura. Hanc quoque viri docti anapaesti vitandi gratia in ὥς mutilando converterunt. Quis tandem sibi persuadeat, Graecos ὥς et ἕως diversitate notionis neglecta tam foede confudisse nulla necessitate coactos? Frustra igitur Ellendt, quem vide, cum aliis de hac difficultate, quae nulla erat, sudavit. Rem uno exemplo confirmabo, quod facultatem praebeat emendationis, quam in Sophocle proposui, retractandae sive potius absolvendae. Conieci igitur Trach. pg. 174,

δός μοι σεαυτὸν μὴν τοσοῦτον ὥς δάκνῃ,

Atque sic ante hos undecim annos: nunc lego cum anapaesto ἕως δάκνῃ. Sed haec hactenus. Quod inprimis egi, ut qua via et ratione ingressus certum quoddam corruptelarum genus apud tragicos deprehendissem declararem idque latissime patens, iam iis quae supra exposui satis assecutus esse videor. Quam rationem principio quidem hypotheticam paullatim omnem merae suspicionis haesitantiam abstergentem ad certum iudicium firmis argumentis stabilitum pervenisse elucebit. Itaque corruptos passim tragicorum trimetros contemplantem et excutientem consentaneum est animo firmato iam periclitari, si forte perexigua correctione facta velut, quod vidimus, una syllaba addita salutem loco et genuinam integritatem possit eo afferre, ut acrius indagando pedem infaustum e mortuis excitet. Quamquam res pluribus in locis est impeditior. Nimirum quod genuinae lectionis loco posuerunt, et speciem habet interdum veritatis et aliis corruptelis accedentibus est quasi involutum. Attamen periculo constanter facto plurimas tragicorum emendationes satis probabiles fecisse videor. Quarum nonnullas ex Aeschylo nunc delibatas tragoediarum tantum ordine Hermanniano servato virorum doctorum arbitrio subiiciam. Supp. v 186 in meo exemplo sic legitur,

καὶ μὴ πρόλεσχος μήδ' ἐφολκὸς ἂν λόγος
γένοιτο· γυνὴ δὲ κάρτ' ἐπίφθονον γένος.

Inde igitur fabricatum puto, quod M. habet, ἐνλογωγενητοιηδε καρτεπιφθονον γενος, Herrmann autem scribit,

καὶ μὴ πρόλεσχος, μήδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ
γένῃ τὸ τῇδε, κάρτ' ἐπίφθονον γυνή.

Quo quid sibi voluerit nescire me fateor. v 196 sic lego,

ὦ Ζεῦ σκοπῶν οἴκτειρε μὴν ἀπολωλότας.

Hermann,

ὦ Ζεῦ, κόπων οἴκτειρε μὴ ἀπολωλότας.

v 300 sic lego,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ΧΟΡΟΣ.

Ἔπαφος ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος,
οὗ θηλυγενὴς ὁ πρῶτος οὖν βλάστημος ἦν [1])
Λιβύη μεγίστης ὄνομα γῆς κατευχομένη

cum duobus anapaestis, Hermann,

ΧΟΡΟΣ.

Ἔπαφος, ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος
ΒΑΣΙΛΕΥΣ,

— — — — — — — — — — — — — —

ΧΟΡΟΣ.

Λιβύη, μεγίστης ὄνομα γῆς καρπουμένη.

v 914 lego,

οὗτοι δικάζεται τάδε μαρτύρων ὑπό,

Hermann,

οὗτοι δικάζει ταῦτα μαρτύρων ὑπό,

---

[1]) Si cui forte stomachum movero, quod me nulla tradita litterarum ruina merum totius versus inventorem deprehenderit, legat is, quae ad Soph. El. v 1407 dixi: 'bleibt es immerhin eine interessante Aufgabe, die Ausfüllung möglichst im Geiste des Sophokles zu versuchen. Mehrere Versuche würden es vielleicht ermöglichen, sich über den gelungensten unter ihnen als ein provisorisches Auskunftsmittel zu verständigen. Nur in diesem Sinne möge man folgende Zeilen aufnehmen! Locus omnium uberrimus ad pericula huiusmodi facienda legitur Supp. v 793—867, ad quem locum quae verba fecerunt viri docti si volueris inspicere, invenies eam fere sententiam omnia referre, tales coniecturas a nemine mortalium posse praestari. En, particulam mei periculi, quale longioris loci initium in meo exemplo legitur, infra ponam.

ὄρα, ὄρα,
ὁ μάρπτις ὅδε νάϊος γάϊος· πρόπαρ κατθάνοις,
ἰώ ἰώ, αὖθι κακῶς ὀλισθών.
ὁσιόφροσι λιταῖς καββασίαν ἀποπτύουσαν βοὶν ἀμφάινω.
ὁρῶ, ὁρῶ,
τὰ φροίμια γ' ἐπράξατο τῶν πόνων βιαίων ἐμῶν.
ἐή ἐή, βαῖνε φυγᾷ πρὸς ἀλκάν.
βλοσυρόφρονι χλιδᾷ δορυφόραμα γάϊον τάχα γ', ἄναξ 'προτάσσου.
σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ βάριν ὅπως ποδῶν.
εἰ δ' οὖν, αὐτίκα τιλμοὶ καὶ στιγμοί, πολυαίμων
φόνος ἀγκοπά τε κρατός.
σοῦσθε σοῦσθ' ὀλόμεναι γ' ἐπ' ἄμαλα.
εἶθ' ἀνὰ πολύρυτον ἁλμήεντα πόρον
δεσπότου ἐν δόρει γομφοδέτῳ διώλου.
αἶμον' ἐπ' ἄμαλα χ'ἥσω σ'οὐκ εὐπιθῆ κελεύω βιᾶς
μεθέσθαι σέγ' ἴκταρ ἄφρονα φρενὸς ἄταν,
ἰώ, ἰώ
λεῖφ' ἕδραν ἐς δόρυ, Αἰγύπτιον πόλιν αὖ σεβιεῖν κίε.

Sed haec sufficiant, quae si lubet comparabis et cum codicum ruinis et cum virorum doctorum conatibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

v 956 sic lego,

καὶ μήτ' ἀέλπτως δορὶ πανέρημος ὢν θανὼν
λάθοιμι, χώρᾳ δ' ἄχθος ἀείζων πέλοι.
τοιῶνδε τυγχάνοντος εὐφροσύνης ἐμοῦ
χάριν σέβεσθαι τιμιωτέραν πρέπει.

Itaque pater haec verba facit: 'ac ne quum essem prorsus destitutus inopinato clam telo conficerer, quod esset onus terrae perpetuum. Quam benevolentiam quum nactus sim, decet (nos) eo maiori gratia, honore, reverentia (regem) prosequi'. Jam compara cum illis Hermanni lectionem,

καὶ μήτ' ἀέλπτως δορυκανεῖ μόρῳ θανὼν
λάθοιμι, χώρᾳ δ' ἄχθος ἀείζων πέλοι.
τοιῶνδε τυγχάνοντας ἐν πρύμνῃ φρενὸς
χάριν σέβεσθαι τιμιωτέραν θέμις.

Quae equidem interpretari non ausim. Moneo tantum M. habere primum δορυκανημέρωι, alios libros similia, deinde libros ευπρυμνη, ad finem denique ἐμου, pro quo Hermann scripsit θέμις. Ex quibus quae proxime ad genuinae lectionis similitudinem accedant, ipse vides. Quodsi vero quatuor illas breves in primo versu perhorrescis, aspernatus velut alterum ὑπερόπταν praetermitte: me talibus non offendi, luculento hoc exemplo declarare libuit, quum pluribus rem confirmare possem. Alios προμάχους adhuc in sinu fovens tacitus συναμπέχω procaciores, pervicaciores. Prom. v 13 sic lego,

σφῶν μὲν ἐντολῇ Διός
ἔχει τέλος δὴ κοὐδὲν ἐμποδὼν ἐπίπαν.

Facile negotium erat scribae παν eiiciendo et ἔτι scribendo removere pedis maculam. Itaque plerique libri habent ἐμποδὼν ἔτι. Potuit sane dicere Mercurius κοὐδὲν ἐμποδών, quod sensum attinet, omisso ἔτι: potuit etiam recte dicere κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι. Ad utramque lectionem nihil proclivius est, quam subintelligere: quominus opus aggrediar. Quod igitur scholiastae praebent, ἐμπόδιον ἐν τούτῳ, ἐν τῷ πληρωθῆναι, atque in M. καὶ οὐδὲν ἐμποδὼν ἐστι γενέσθαι, haec ad utramque lectionem aeque referri posse concedo. Sed mira res est, quod aliae prorsus discrepantes etiam traduntur lectiones. G. habet κοὐδὲν ἐμποδὼν μάτην ἔτι, et Paris. C. κοὐδὲν ἐμποδὼν μάτην superscripto ἔτι. Quid vero? Unde tandem illud μάτην? Quod si fingis animo meam coniecturam fuisse genuinam lectionem, quae ipsa aut cuius ruina aetatem tulisset scribarum, statim suspicaris, alium scribam aliam viam ingressum ad anapaestum removendum illud ἐπι eiecisse, deinde ut versum expleret, reliquum illud παν suo more in μάτην mutavisse, sicut supra vidimus vice versa καλῶς et πάλαι eodem consilio in καὶ esse conversa. Hermann his vestigiis enisus quum vulgatam reciperet addidit tamen: 'hinc nescio an scripserit Aeschylus ἐμποδὼν ἄνῃ', Hartung autem emendare sibi visus est audacior scribendo ἐμποδὼν ματῇν.

Sequitur crux acerbissima, gymnasium conatuum longarumque commentationum, quas qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

collegerit et excusserit, librum scribet. Est locus eiusdem fabulae v 439, quem exemplum meum sic exhibet,

ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε πρόχνυ ἀμελούμενον,

quod utrum ita, an *πρόχν' ἀμελούμενον*, quamquam grammatica vetat *τὸ υ* elidi, an vero *πρόχνυ 'μελουμενον* scribere malis, nam adhuc sub iudice lis est et recte forsitan iudicavit, qui talia perscribi tota sicut in latino sermone satius esse censuit, — sed quidquid praeferas mihi perinde est. Homericum illud *πρόχνυ* probe cognovimus significare plane, prorsus. Prometheus igitur, quod sanequam congruit eius menti et conditioni, dicit sese hocce modo, quam quidem oculis intueantur, plane neglectum esse et abiectum. Ex *προχνελούμενον* vero, quod restat anapaesto subducto, facile fieri potuit sive fortuito sive nescio quo consilio *προσελούμενον*, quod pro varia lectione offertur, quum libri fere habeant *προσηλούμενον*. Lectionem meam utrum in Aristophanem, quem idem lectionis monstrum habere constat, recipiant viri docti necne, ipsi diiudicent. Nihil adhuc excogitatum erat, in quo acquiescere possent.

Sept. v 535 vulgo legitur,

ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον

quod perquam putidum facile vides ex his genuinis verbis esse conformatum,

ἀνὴρ ἄκομπος, χειρί δὲ κάρτα δράσιμος.

Quamquam anapaesto remoto alia accessit corruptela, ut *χεὶρ δὲ κάρτα* in *χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ* delaberetur. Quod utrum fortuito an ex industria factum sit, nolim discernere. Ceterum ab Hermanno docemur, Tzetzem iam ista corruptela fuisse deceptum. v 416 sic legendum esse statuo,

τοιῷδε φωτί γ', ἔννεπε, τίς ξυστήσεται;

Homo sagax scilicet pedem perhorrescens *πέμπε* scripsit, quam meram insaniam e versu 451, ubi recte habet *φωτὶ πέμπε*, haustam importavit. Itaque Hermann acquievit in hac scriptura,

τοιῷδε φωτὶ πέμπε, τίς ξυστήσεται;

quod sane mirarer, nisi Horatii illud, quod hoc in genere doctrinae viget unice, 'nil admirari' iam pridem amplexus tenerem.

v 557 locus est insignis, manifesto corruptus, qui omnibus doctrinae conatibus et tormentis facile restitit. Sed Aeschyli mentem et verba genuina videor attigisse. Sic igitur lego,

καὶ τὸν σὸν αὖθις ὁμόσπορον δυσώνυμον,
ἐξυπτιάζων ὄνομα, Πολυνείκους βίαν
καλεῖ.

i. e. atque tuum deinde germanum inauspicatum, nomen carpens, Polynicen invocat.

Jam vero vide, quid factum sit. Interpres sententiam, quae difficilior videbatur, explicaturus haec fere ad vocabulum *δυσώνυμον* adscripsit: *δυς. ἐν τελευτῇ τοῦνόματος*. Videlicet dicere voluit *δυσώνυμον* nominari fratrem propter ultimam nominis *Πολυνείκους* partem, quae est *νεῖκος*. Eodem referenda est scholiastae explicatio *εἰς δύο διαιρῶν τὸ ὄνομα τοῦ Πολυνείκους τὸ πολὺ καὶ τὸ νεῖκος*. Deinde quum *ἐξυπτιάζων* vox esset rarior, usitatiore voce

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐνδατούμενος, quam constat significare fere increpare, ad marginem eam explicuit. Jam vero, quem offendit ὅμοσπορον propter anapaestum, audacter is, quod libri habent, importavit πρόσμορον ἀδελφεόν. Etenim quum ὁμόσπορος, quod per se fratrem significat, abiectum esset, πρόσμορον autem in eius locum invectum fratris notionem requireret, ἀδελφεόν adiunxit, quam formam Hermann si monet a tragoedia alienam esse, eo non commoveor, quum sit homerica: verum est ab hoc loco alienissima. Quamquam in codicibus etiam πρόσπορον legitur, quod glossae exponunt τὸν ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπόρου, ἐκ τῆς σπορᾶς γεννηθέντα. Nimirum nihil isti non explicare possunt, etiam quod nihil est. Ita in M. ad πρόσμορον adscriptum est τὸν ἀξιοθάνατον ἢ τὸν συμπράκτορα αὐτοῦ. Quae omnia sunt absurda. Jam vero, quod est gravissimum, ἀδελφεός ille invectus genuinum δυσωνυμον non potuit non expellere. Quo facto glossa supra relata per lemma δυς incipiens quum locum amplius, quo referretur, non haberet, syllaba δυς in δις commutata, una cum glossa ἐνδατούμενος pro versu habita in textum migravit, unde hocce monstrum legimus Canteri,

καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσμορον ἀδελφεόν
ἐξυπτιάζων ὄνομα Πολυνείκους βίαν,
δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος
καλεῖ.

Hermann autem haecce posteris largitur,

καὶ τὸν σὸν αὖθις ἐς πατρὸς μοῖραν κάσιν,
ἐξυπτιάζων ὄμμα, Πολυνείκους βίαν
δυςεκτέλευτον τοὔνομ' ἐνδατούμενος
καλεῖ.

Idem Brunckii coniecturam,

καὶ τὸν σὸν αὖθις ὁμόσπορον κακορροθῶν,

quae partem certe veritatis continet, temerariam vocat. Sed nil admirari! id quod optime viam munit ad locum aeque insignem, qui legitur Agam. v 836 in meo quidem exemplo sic,

εἰ δ' ἦν τεθνηκώς, ὡς ἐπλήθυον λόγοι,
τρισώματός τ' ἂν Γηρυὼν ὁ δεύτερος
χιτῶνα τρίμοιρον λάϊνον ἐξηύχει λαβών,
ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.

Quorum versuum qui χιτῶνα λάϊνον ex Homero notissimum continet quum duos anapaestos habeat, fecundum corrigendi campum scribis praebuit. Itaque apud Canterum haec legimus,

ὁ δεύτερος
πολλὴν ἄνωθεν (τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω
χθονός) τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβὼν
ἅπαξ ἑκάστῳ κατθανὼν μορφώματι.

Sed quid hoc rei est? Obstupefacti novum prorsus versum contemplamur πολλὴν ἄνωθεν.... Verumenimvero tribus versibus post iterum legis πολλὰς ἄνωθεν. Num igitur credamus poetam repetitionem tam putidam admisisse? Nimirum adscriptum erat ad hunc versum 842 pro varia lectione πολλὴν ἄνωθεν. Quod quum arriperet scriba callidus ille et in fabulis ver-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

satissimus, quod sciebat Geryonem tribus quidem supra lateribus, duobus autem infra pedibus fuisse instructum, in usum suum convertit versum fabricatus, si diis placet et viris doctis, lepidissimum,

πολλὴν ἄνωθεν, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω.

Clytemnaestram igitur sic fere fecit loquentem: 'Quod si toties mortuus esset, quoties ferebatur, triplex Geryonis corpus (de lateribus loquor, non de pedibus) habere debuisset'. En habes *ἄγαλμα*, eximium astutiae grammaticorum specimen. Restabat ut anapaestos proturbaret vir industrius, quo munere quomodo perfunctus sit, facile comparando perspicies. Quid igitur viri docti fecerunt? Hermann haec habet,

τρισώματός τἂν Γηρυὼν ὁ δεύτερος
πολλὴν ἄνωθεν, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω,
χθονὸς τρίμοιρον χλαῖναν ἐξηύχει λαβών.

Quae verba frustra sic explicare conatur: 'Si ille toties quoties ferebatur periisse mortuus esset, tanquam alter Geryones saepe triplicem vivus (absit enim ut mortuum dicam) vestem terrenam induisset'. Litteram non addo: per se loquuntur.

v 1316 meum exemplum haec habet,

χρονίζομεν γὰρ. οἱ δὲ μελπόμενοι γ' Ἄρει
πέδον πατοῦντες οὐ καθεύδουσιν χερί.

Attendamus quomodo verba luculentissima illa ex Homero hausta propter pedem invisum corrupta sint. Canter praebet,

χρονίζομεν γὰρ. οἱ δὲ μελλούσης κλέος

Vides anapaestum quidem emigrasse, sed una sensum. Quamquam glossator illud *μελλούσης* explicare studet *τυραννίδος δηλονότι*. Ceterum quum corrupta semel voce *μελπόμενοι* illud *γ' Ἄρει* nulli usui esse posset, miramur tamen omnes libros tradere *κλέος* quod mirum quantum ab illa scriptura discrepat. Verum bona fortuna vestigia quaedam alius lectionis aetatem tulerunt, quae proxime ad *γ' Ἄρει* accedit, et apud Tryphonem qui haec proponit ut ex Aschylo sumta *χρονίζομεν ὧδε τῆς μελλοῦς χάριν*, et apud Manuelem Moschopolum qui habet *χρονίζομεν ὧδε τῆς μελλοῦς χάριν*. Videmus igitur hos viros corrupta iam voce *μελπόμενοι* in libris suis legisse *χάριν*, quod proxime ad *γ' Ἄρει* scripturam accedere dixi, praesertim si maiusculas litteras fingimus.

Hermann habet,

χρονίζομεν γάρ. οἱ δὲ τῆς μελλοῦς κλέος
πέδον πατοῦντες οἱ καθεύδουσιν χερί.

De vocabulo *μελλοῦς*, quod Hermannum vidimus grammaticis debere. Hartung ita proloquitur: 'Ein Grammatiker faselt hier etwas von einem Nomen *μελλώ* = *μέλλησις*'. Ceterum *πέδον πατοῦντες* optime cum lectione *μελπόμενοι* congruere nemo non videt.

Eum. v 88 qui leguntur adhuc duo versus, eos foede corruptos esse propter anapaestum pro certo contendo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ ἀδικεῖν·
ἐπεὶ δ' ἐπίστῃ, καὶ τὸ μὴ ἀμελεῖν μάθε.

Poeta sine dubio scripsit,

ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ μ' ἀδικεῖν·
ἐπεὶ δ' ἐπίστῃ, καὶ τὸ μὴ μ' ἀμελεῖν μάθε.

Illud modo sciendum est, ἀμελεῖν etiam cum accusativo usu venire.
v 400 Aeschylus meo iudicio sic scripserat,

πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω·
βρέτας τε τοὐμὸν τῷδ' ἐφημένῳ ξένῳ,
ὑμῖν θ' ὁμοίαις οὐδενὶ σπαρτῶν γένει,
οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερέσιν μορφώμασι,

quae quidem rectissime habebant, nisi quod ultimus versus pede illicito esset inquinatus. Quid igitur? Mutilaverant iustam lectionem ἐμφερέσιν scribendo ἐμφερεῖς, accusativum, quae corruptela ceteras, quas hodie habemus, trahere debuit. Itaque legimus apud Hermannum,

πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω
βρέτας τε τοὐμὸν τῷδ' ἐφημένῳ ξένῳ,
ὑμᾶς θ' ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει
οὔτ' ἐν θεᾶισι πρὸς θεῶν ὁρωμένας
οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασιν.

v 472 legitur in meo exemplo,

τοιαῦτα μὲν τάδ' ἐστὶν ἀμφότερα, μένειν
πέμπειν τε, δισσὰ πήματ' ἀμήχαν' ὡς ἐμοί.

Cui quidem loco non veteres illi syllabam surripuerunt, sed recentiores. Libri enim habent πέμπειν δὲ δυςπήματ' ἀμηχάνως ἐμοί. Itaque viri doctissimi ante Hermannum quum recte δὲ corrigerent per τε anapaestum exturbaverunt novum vocabulum importantes δυςπήματ', in quo ille acquievit satius esse ratus 'aliorum commenta praeteriri'.
v 624 sic lego,

ἀπὸ στρατείας γάρ νιν ἠμπολήκοτα
τὰ πλεῖστ' ἄποιν' ἐν εὔφρονί γε δεδεγμένη
δαίτῃ περὶ λουτρὰ ὡσπερεὶ στεγάσματι
φᾶρος παρεσκήνησεν ἐν δ' ἄχειρ' ἔτι
κόπτει πεδήσασ' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.

i. e. maritum laetis epulis exceptum velo balneis tanquam tegumento circumdato quum manibus nondum uti posset percussit. Cum his, age, compara vulgatas Canteri lectiones e libris depromptas,

τὰ πλεῖστ' ἀμείνον' εὔφροσιν δεδεγμένη
δρύτῃ περῶντι λουτρὰ, κἀπὶ τέρματι
φᾶρος παρεσκήνησιν, ἐν δ' ἀτέρμονι

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

M. habet *δροίτῃ*, alii *δροίτῃ*. Quae quam absurda sint omnia, vix mortalis est mentis ac linguae declarare. Sed si habet veri similitudinem, *ἄποιν'* in *ἀμείν'*, *εὔφρονί γε* in *εὔφροσι*, *δαίτῃ* in *δροίτῃ*, *ἄχειρ' ἔτι* in *ἀτέρματι* temporis iniuria vel scribarum incuria vel nescio quo consilio, vel quod una corruptela traheret aliam, abiisse, illud tamen maiorem veri similitudinem certe iam vindicat, *περὶ* propter anapaestum ex industria in *περῶντι* esse commutatum, quo facto *ὡςπερεὶ στεγάσματι* quum hoc rerum statu metri modum excederent, corrumpi necesse esset. Hermann ita locum tractavit,

τὰ πλεῖσι' ἄμεινον εὔφροσιν δεδεγμένη

— — — — — — — — — — — —

δροίτης περῶντι λουτρά, κἀπὶ τέρματι
φᾶρος παρεσκήνωσεν, ἐν δ'ἀτέρμονι

qui progressus hercle nescio an sit ad deterius. Hartung autem scribens *κἀπὶ τεύχεσιν* addit: 'unsre Besserung rechtfertigt sich selbst'. Itaque nullam requirit refutationem.

Sed haec hactenus: redeo ad initium commentationis et Canteri anapaestos, quos rite traditos a viris doctissimis vel neglectos vel corrigendi voluntate maculatos esse dixi, contemplabor. Quod negotium quum iis, quae supra exposui, multo futurum esset expeditius, ad hunc locum reservavi. Ex quibus, sunt autem decem, quos quarto, quinto, septimo loco posui Prom. v 248, 473, 949, eos supra iam attigi. Qui restant, ex iis Prom. v 265, 354, 681, Ag. v 489, Eum. v 438 sunt eiusmodi, ut praeter anapaestum nihil quemquam sanum offendere possit. Quo horrore iam feliciter exstincto non est cur versus optimos defendam. Tenendum autem est, libros ubique praeclarissimos teste Hermanno, quem singulis in locis consulere velis, anapaestum habere, quae vero viri docti mutando scripserunt, partim absurda, omnia falsa esse. In editionibus igitur abhinc, ubi legitur huiusmodi in locis verbi gratia Stanley correxit, audacter mecum substituas Stanley corrupit. Reliqui duo sunt loci, qui accuratiore contemplatione videantur indigere. Apud Canterum igitur legitur Prom. v 215

χρείῃ, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερέξοντας κρατεῖν.

De Titanibus sermo est, quos dicit Tellus non vi victuros esse, sed eos, qui dolo superiores essent futuri, victuros. Quam fateor sententiam, de anapaesto non loquor, et rationem dicendi nonnihil habere quod offendat. Quamquam minus id quidem editores movit. Quum libri haberent *ὑπερέχοντας*, quod vitiosum est, Parisini quidam *ὑπερέσχοντας*, Turnebi editio *ὑπερέξοντας*, Canter, quod maximam veri similitudinem haberet, eligendo in anapaesto acquievit. Jam vero Porson iratus pedi scripsit *ὑπερσχόντας*, Hermann *ὑπερτέρους*: utrumque nemo sanus, quod ad sententiam et dictionem attinet, Canteri scripturae praeferet. Sed omnia nonnihil, fateor, offensionis continent. Ut brevi complectar, mecum aude servato pede sic scribere,

χρείῃ, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερείποντας κρατεῖν.

Quid sit *ὑπ—ερείπω* nemo nescit atque concedet, subruendi, evertendi notionem loco maxime convenire. Dicit igitur Tellus, eos solos esse dominaturos, qui Jovis imperium evertissent. Sequitur Agam. v 1226, quem locum Hermann sic habet,

ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ'· ἐγὼ δ'ἄμ' ἕψομαι·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quum librorum lectionem, quae fere est *ἀγαθὰ δ'ἀμείψομαι*, emendare videretur. Addit alios alia coniecisse. Minime placet Hermanni coniectura, cui libenter largior poetam non scripsisse *ἀγαθῶ* quamvis a glossa *ἀντὶ τοῦ καλλίω* confirmatum, a Cantero probatum, sed ratio repugnat. Coniicio igitur,

ἵτ' ἐς φθορὰν ἐγὼ θάνατον δ'ἀμείψομαι·

quod et a litteris traditis paullum recedit et rei atque personae aptissimum esse videtur. Ceterum quo loco Hermann monet Euripidem imitatum esse Aeschylum Troad v 451, eo loco Cassandram perinde mortem expressis verbis meditari cernis. Sciendum autem est, plurimos locos inde corruptelam traxisse, quod scribae particulas velut hoc loco *δὲ* secundo loco positas concoquere non poterant.

Haec habui, candide lector, quae tecum de anapaesto in trimetris tragicorum nunc quidem communicarem. Quodsi supra dixi, Aeschylum adamasse pedem unice vexatum, nemini velim hanc meam opinionem obtrudere, habuisse confido neminem fore quin concedat. Videlicet infortunatissimus ille pedum per se nihil habet odiosum, qui suo iure apud Aristophanem et Euripidem in Cyclope regnet. Atqui comoediae, inquiunt, levitati congruit, nequaquam tragoediae gravitati. Cur? propter velocitatem. Audio, sed inspice, sodes, tragicorum velocissimos illos versus perplurimos, qui brevibus syllabis modo non sunt repleti. Quidnam, quaeso, discriminis intercedit? Profecto nemo infitiabitur, motuum animi celeritatem et elocutionis inde manantis velocitatem aeque magnam etsi suo genere et natura diversam in tragoediis versari atque in comoediis. Merae sunt istae sanequam ineptiae. Ac si quis vix possit ab opinionis errore praeoccupato recedere, per me licet doctrinam illam de anapaesto cyclico iam pridem importatam, sive, uti volunt, renovatam arripiat, cuius solatio sublevatus paene pro iambo pedem possit recitare. Desinant tandem versus illos in Euripidis tragoediis anapaesto, quod putant, turpatos, quos propter nimiam, malum! multitudinem et negotii difficultatem exturbare desperaverunt, ut peiores designare poetamque eo nomine reprehendere. Peiores illum versus innumeros fecisse facile concedo, quam Aeschylum et Sophoclem, sed non ea nota peiores, quippe quum homines eo ingenio, quo fuit Euripides, in eiusmodi legibus, si modo extant, quod facillimum est, observandis accuratissimi sint et religiosissimi. Potuit Goethe hexametros iucundissimos quidem illos, sed ex severioris illius disciplinae rigore ac praecepto pessimos effundere, — scimus unum fabricasse septem pedum quod utrum imprudens an vero ludens et genio indulgens fecerit nescio, — sed potuit effundere, Euripides certe non potuit.

Habes igitur non opinionis quoddam principium hypotheticum, sed iustam, nisi fallor, commentationem firmissimis illam argumentis et rationibus stabilitam. Poteram aliam ex pluribus quas aut inchoavi aut perfeci, quae Homerum inprimis, tragicos, Virgilium, Horatium spectant, offerre et commendare, eiusdem plane stirpis ac indolis, quae quidem simili modo probaret, leges nonnullas a viris doctissimis praepropere latas esse et sancitas, sed nescio an nulla posset in clariore luce poni, quae esset legum illarum, quas *ὑψίποδας οὐρανίαν δὶ αἰθέρα τεκνωθέντας* iamdudum nuncupavi, maiestas et sanctitas. Potuissem quum Sophoclem ederem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quae tum de anapaesto, de digammi vi [1]) apud tragicos etc. significavi magis, quam exposui, simili ac iusta commentatione probare, verum memor praecepti, quod facile ex hisce versibus enucleabis,

εὖ γε στοχάζει κἀποφράγνυσαι κύκλῳ
τὸ πρᾶγμα· δηλοῖς δ'ὥς τι σημανῶν νέον

satius duxi paullulum morari, donec argumentationem ab omnibus partibus absolutam, quae virorum doctorum obstinatos errores veritatis pondere obrueret, possem proponere. Inde est, quod ab hypothetico principio ac fundamento exorsus sum, — quam quidem rationem, uti par est, Lessing dixit hoc ipso in genere peculiarem locum habere, — sperans fore, ut ad finem totius operis volumine singulari rem expedirem et absolverem. Quamquam prorsus alia ratio erat illius commenti, quod sanequam horribile de spondeo in ultimo pede admisso docere videbar. Cui commento quas quasi tenebras nec sine certo consilio, quod etsi haud *σεμνόν* tacitus tamen *συναμπέχω*, nec non animi causa, fateor, offudi, potuit fere lector et existimator aequus dispicere, quum perversam istam nec irridiculam coniecturam *ἄτιν ἄτης* [2]) ipse *ὑπερόπτην* nuncuparem: 'nec lusisse pudet, sed non incidere ludum'. Quare quum aliquis sedulo me scrutaretur, num serio talia factitarem, quum cunctos grammaticos eludere viderer, in quorum numero honoris causa vellem ipse haberi, respondebam: Tu vero macte virtute! Ceterum vir optimus et haud indoctus, quem qui princeps hodiernae philologiae habetur et antistes 'ingeniosum et diligentem' litteris iampridem datis appellavit quemque si dimidiam ipse partem animae meae nominaverim veritatem vix attingam, hanc meam anapaesticam rationem apprime probaturus huncce mihi trimetrum dedicavit,

Τάδ' ἐστ' ἀληθῆ πάντα καὶ ποιήθ', Ἄμαχερ,

quem ego ad legitimam formam, et ne lector necopinans in ipso vestibulo stomacharetur et ut

---

[1]) confiteor igitur non vera supra me retulisse quum dicerem *γ' Ἄρει* in meo exemplo legi: *Ἄρει* legitur digammo instructum sicut *φωτὶ ἔννεπε* et plurima. Brevitatis et animi causa illud *γε* addidi, quod persuasum habeo sexcentis in locis librarios falso adiecisse. Contraria est haec fere ratio illi, quam ad Sophoclem Trach. v 553 secutus eram. Nun quum legeretur,

ἧδ', ἔχω, φίλαι
λυτήριον λύπημα, τῆδ' ὑμῖν φράσω,

quod absurdum est, ita locum emendavi,

λυτήριον λύπης ἄτερ, ὑμῖν φράσω,

sed quod attinet ad ultimam brevem vocis *ἄτερ* nonnisi hypotheticam esse hanc coniecturam volui. Itaque addidi, siquis secus sentiret, eum posse *ἄτερθ'* recipere. Nimirum recensio non erat editio mea, sed specimen studiorum et conspectus. Neminem autem fugit *Ἄρει* cum digammo proxime accedere ad formam et similitudinem vocis *χάριν*.

[2]) Emendationem loci unice vexati, quem nemo hodie sanavit, eamque legitimam hancce exemplum meum habet,

οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὖν, ἄτηρ' ἅπερ,
οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ', ὁποῖον οὐ.

Qua in lectione ad amussim omnia constant, sed alienum est hoc loco, quo Aeschylus agitur, singula persequi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scribarum fraudis similitudinem et imaginem esset praecepturus, syllaba χερ surrepta redegi: quo facto sic mutilatum non pumice sed amici munere decerpsi atque varia lectione Κύρνε recepta quum modestiae verecundiaeque gratia non auderem omnia et vera et poetica praedicare, fronti commentationis velut olivam qua pacem et voluntatem lectoris occuparem ridicule praeposui. Volui igitur quae finita et illegitima periclitatus sparseram omnia ne pervicacia quidem ista excepta ad finem operis enodare et expedire. Verum hoc erat in votis, quum opus fine non coronaretur. Quod qua fortuna sive qua voluntate potissimum sit factum, quum quod iampridem significavi uberius explicare alienum esse videatur ab officio huius quidem scriptionis et honestate, valeat illud 'habent sua fata libelli'. Equidem delicias meas turpiter intermortuas quum aegerrime, uti par erat, perferrem, neque tamen haec clades animum prorsus fregit neque vero studiorum, quibus a puero mire deditus eram, accuratissimam diligentiam summamque iucundidatem debilitavit. Quippe: vario enim et calamitatis et malignitatis genere fatigatus acquiescere didici in illo: ὁ μὴ δαρεὶς γὰρ οὐ παιδεύεται.

His igitur animi fomentis me involvens iure perhorrui, — nudusque virorum Mercurialium, pace tua fecerim, Horati, quod vocem tuam in alium sensum et usum pro numinis illius ambiguitate derivavi, sed nudus virorum Mercurialium castris amice carui. Expertus autem scio, calamitatem et tumultnm animi saepius mortali necopinanti a numine divino in iucunditatem et tranquillitatem converti. Certe in ipso senectutis limine constitutus optimarum litterarum ardorem illum iuvenilem et amorem conservavi, quod opulentiae maximae instar habeo summumque magistri decus et ornamentum.

Ad calcem huius scriptionis liceat per lectorem benevolum debitum quoddam persolvere. Ciceroni, quem corruptela deceptum supra dixi [1]), summum quidem oratorem, sed criticum

---

[1]) Versus Promethei 379—390 corruptissimi sunt ordine versuum genuino perturbato, quem Cicero sibi traditum quum interpretaretur locum retinuit. Bentley primus, quantum scio, maculam ex parte quidem perspexit: itaque Hermann 'his', inquit, dicit autem versus latinos, 'refutatur Bentleius, qui etiam alterum distichon Oceano tribuendum putabat'. Immo vero Bentley prae clara veritatis et rationis luce ne Tullii quidem, uti par est, auctoritatem verebatur. In meo exemplo totus locus sic legitur emendatus,

ΩΚΕΑΝΟΣ

οὔκουν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι,
ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχαίνῃ βίᾳ.
ἐν τῷ προμηθεῖσθαι δὲ καὶ τολμᾶν τίνα
ὁρᾷς ἐνοῦσαν ζημίαν; δίδασκέ με.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

μόχθον περισσὸν κουφόνουν τ'εὐηθίαν.
ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν, ἐπεὶ
κέρδιστον, εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.
ἐμὸν δοκήσει τἀπλάκημ' εἶναι τόδε.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mediocrem iamdudum appellavi vehementer velim laudis aliquid adspergere poeticae, ut pro parte, quam demsi, perexigua maiorem scriptori perquam dilecto rependam. Sed mira res est: videor laude quodammodo detrahenda nunc ipsum laudem restituere.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

σαφῶς μ' ἐς οἶκον σὸς λόγος στέλλει πάλιν.

Multo graviores extant eius generis corruptelae, ex quibus duo monstra a me iampridem deprehensa et sanata liceat infra proponere. Prior locus est Oed. tyr v 216—275, cuius propter magnitudinem nunc quidem partem tantum absolvo, alter Oed. Col. v 1—32, quem totum affero.

I

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Αἰτεῖς, ἃ δ' αἰτεῖς, τᾶμ' ἐὰν θέλῃς ἔπη
κλύων δέχεσθαι τῇ νόσῳ θ' ὑπηρέτην,
ἀλκὴν λάβοις ἂν κἀνακούφισιν κακῶν.
ἀγὼ ξένος μὲν τοῦ λόγου τοῦδ' ἐξερῶ,
ξένος δὲ τοῦ πραχθέντος· οὐ γὰρ ἂν μακρὰν
ἴχνευον αὐτὸς μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.
νῦν δ', ὕστερος γὰρ ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ,
ὑμῖν προφωνῶ πᾶσι Καδμείοις τάδε·
ὅστις πόθ' ὑμῶν Λάϊον τὸν Λαβδάκου
κἀτοιδεν ἀνδρὸς ἐκ τίνος διώλετο,
τοῦτον κελεύω πάντα σημαίνειν ἐμοί·
κεἰ μὲν φοβεῖται, — τοὐπίκλημ' ὑπεξελὼν
αὐτὸς καθ' αὑτοῦ· πείσεται γὰρ ἄλλο μὲν
ἀστεργὲς οὐδέν, γῆς δ' ἄπεισιν ἀβλαβής.
εἰ δ' αὖ σιωπήσεσθε, καί τις ἢ φίλου
δείσας ἀπώσῃ τοὔπος ἢ χαὐτοῦ τόδε,
ἀκ τῶνδε δράσω, ταῦτα χρὴ κλύειν ἐμοῦ. —
εἰ δ' αὖ τις ἄλλον οἶδεν ἐξ ἄλλης χθονὸς
τὸν αὐτόχειρα, μὴ σιωπάτω· τὸ γὰρ
κέρδος τελῶ 'γὼ χἠ χάρις προσκείσεται.
τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστὶ, γῆς
τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
μήτ' εἰσδέχεσθαι μήτε προσφωνεῖν τινὰ
μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασιν
κοινὸν ποιεῖσθαι μήτε χέρνιβας νέμειν·
κ. τ. λ.

II

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, πύργοι μέν, οἳ
πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω,
χῶρος δ' ὅδ' ἱερὸς, ὡς σάφ' εἰκάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Videlicet non scripsit ille,

Cedant arma togae, concedat laurea laudi,

verum,

Cedant arma togae, concedat laurea olivae.

οὖ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου.
μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

κάθιζέ νύν με καὶ φύλασσε τόν τυφλόν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ

χρόνου μὲν οὕνεκ' οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη, τίνας
χώρους ἀφίγμεθ' ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν;
τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι,
σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι
μεῖον φέροντα καὶ τόδ' ἐξαρκούμενον.
στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με χὠ χρόνος ξυνὼν
μακρὸς διδάσκει καὶ τὸ γενναῖον τρίτον.
ἔχεις διδάξαι δή μ', ὅποι καθέσταμεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ

τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα, τὸν δὲ χῶρον οὔ·
πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἡμῖν ἐμπόρων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἀλλ', ὦ τέκνον, θακῶ, σὺ δ' εἴ τινα βλέπεις
ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με καξίδρυσον, ὡς πυθοίμεθα
ὅπου πότ' ἐσμέν· μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
ξένοι πρὸς ἀστῶν ἃν δ' ἀκούσωμεν, τελεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' οὔτις ὀπτὸς ἢ μάθω μολοῦσά ποι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ναί, τέκνον, εἴπερ ἐστὶν ἔνθ' οἰκήσιμον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητόν, οἶομαι δὲ δεῖν
ὀυδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἦ δεῦρο προστείχοντα;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καξορμώμενον
καὶ δὴ μὲν οὖν παρόντα· χὤ τι σοι λέγειν
εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ἀνὴρ ὅδε.

Litteram non addo: 'quod si sua se virtute commendet, bene est: sin minus, nostra commendatione nulla gratiam maiorem inibit'.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quisquis foeditatem versus, qualis legitur, perspectam mecum reputaverit atque quae variae lectiones feruntur omnes perpenderit (linguae = liuae), non poterit emendationi certissimae calculum non apponere.

Sed alia laus viro praestantissimo debetur. Ridet enim Or. § 161 nimium rigorem et morositatem novorum poetarum, qui veterum consuetudinem, qua litteram s finalem verbis detraxerint, fugiant. Atque Horatius, Goethei frater ille gemellus, hoc Tullii iudicium re, non verbis approbavit. Non enim scripsit epist. I, 16. v 15,

hae latebrae dulces etiam si credis amoenae
incolumem tibi me praestant Septembribus horis,

quod absurdum est, frustra a Bentleio, aliis tentatum, sed scripsit,

hae latebrae dulces, etiam si credis Camoenae etc.

Quis enim crederet hominem a pituita molesta vexatum a Musarum cultu non abhorrere? Hoc autem pluries Horatium fecisse evincere possum. Verum *εὐφημεῖτε*, est et fideli tuta silentio merces: deprehendo me loquacem, quum supra dixerim tales *προμάχους* adhuc obtectum iri. At enim Ceres arcana non agitur. Vale.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf